CAP. IV.
DE
Modis Exercendi
&
Amittendi Jus Furni.

SUMMARIA.

JUs furni non minùs probè quàm cautè exercendum. n. 1.

Magiſtratui incumbit viſitare furnos. n. 2. ſqq.

An & quibus hanc Inſpectionem poſſit committere. n. 5. ſq.

Magiſtratus etiam ex Officio furnos viſitare tenetur. n. 7.

Quid conſiderandum circa modos exercendi. n. 8.

Inter & per quas Perſonas hoc Jus exerceatur? n. 9. ſq.

Quare Piſtorum famuli Knechte/ *vocentur? n. 11. ſq.*

Debetur ipſis pro Operis ex Contractu locati merces. n. 13. ſq.

Privilegium hujus mercedis. n. 15. ſqq.

An ad hoc Privilegium requiratur, ut tempore mortis domini in ejus convictu ſint famuli? n. 18.

Quomodo intelligendum, quod Piſtores tali Privilegio non gaudeant? n. 19. ſq.

An famulus talis Piſtoris ſit ſocius, quando in Partem redituum ex furno admittitur. n. 21. ſqq.

An hujusmodi famulus eam mercedem Patri quoad Uſumfructum acquirat? n. 25. ſqq.

Filius Patri tales Operas præſtare tenetur, non tamen gratis. n. 30.

Ad quam Culpam teneatur hujusmodi famulus. n. 31. ſqq.

Vidua quoque per famulum hoc opificium exercere poteſt. n. 34.

Magiſtrorum filii quinam & in quibus melioris conditionis ſint quam aliorum filii. n. 35. ſqq.

Carpitur mos Opificum magiſtrorum filiis brevius tempus in Tirocinio aſſignantium, quàm aliis. n. 36.

Illegitimè natos Piſtores non tenentur in Collegia ſua recipere. n. 38. ſq.

Secus in legitimatis. n. 40. ſqq.

Quid de molitorum etſ. filiis. n. 43

Piſtores cogi poſſunt ad recipiendum talem Tironem. n. 44. ſqq.

Quanta Poteſtas Magiſtro in talem Tironem competat? n. 50. ſqq.

Ma-